

1351. 26. Aprilis

Ex Inventar. Capit. Gnesnenz.

433.

Privilegium Advocacie Karki et Duplice
minus

97

In Nomine Domini Amen. Quoniam ea que gerun-
tur in tempore, simul labantur cum tempore nisi
suevint literarum testimonio cum Annotatione
Testium postremorum notitie commundata
Proinde Nos Jaroslavus Divina providentia
Sancte Gnesnensis Ecclesie Archiepiscopus
Notum facimus universis ad quorum notitiam
deveniret scriptum presens. Quod cupentes
bona vestra Ecclesie vestre Gnesnensis
procuratoribus in melius reformare hereditatis
infra scriptas Karko videlicet et Duplice
sitas in territorio Lovicensi super fluvio
Glowo prout in suis limitibus circumferentialiter
continentur. Jure Theutonico Inredensi videlicet
exposuimus ad locum volui predictas villas simul
junctas infra limites dictarum hereditatum, in locis
habitori se collocari debent, prout habiliter et utiliter
eis videbitur, expedire videri. Janussio dicto Lomsi
sub ratificatione Fratrum nostrorum Gnesnenz
videlicet Capituli Scultorum in eisdem pro certa pe-
cunie quantitate. Dantes sibi et suis liberis et heredi-
tibus legitimis nomine dictae scultorie decimum
massum liberum indolis hereditatibus.
Tertiam partem hortorum tabernarum et
etiam maulorum quotquot inibi locari pote-
runt Tertium denarium in amento vum

ad cuius libet iudicati libere perpetuo possidenda
Præterea in uoluntate hereditatum prædictarum a solutio-
ne census et Decime sex annorum spatium
adata presentium computandorum damus
et concedimus omnimodam libertatem, Ita
tamen quod de Agriis cultis dictis annis duran-
tibus decimam in campis illi cui debent
manipularem soluent. Transactis autem
sex annis prætatis, Incole hereditatum præ-
dictarum de Kottow scilicet et duplie simul
iunctarum quilibet videlicet de sua manso
modium Siliginis, modium Tritici et mor-
dium avenæ, ac festonem unialis monete
Nobis & Ecclesie Nostræ Guesnensi in Festo
Sancti Martini annis singulis solvere
perpetuis temporibus tenebuntur. Et quia
Iura Sæderum sunt nobis prorsus incognita
omnia iura que commodum et utilitatem
respiciant, dominorum salva et integra re-
servamus. In quorum testimonium eui-
dentiam pleniorum dato Iamisso presentes
Istas dari fecimus Nostræ & dñi viri Ca-
pituli Guesnensis sigillorum appensione
munitas. Actum et datum Guesne in
Crastino Beati Marci Anno Domini Milie-
simo trecentesimo quinquagesimo primo
Presentibus honorabilibus viris & domi-
nis Joanne preposito, Vicentio Deca-
no Brechtan Archidiacono Fielronis

ca
ge
cin

in
m
ex

ps
sp

Scholasticus, Jacobo Custode Nicolau Cancellario
ac pluribus prelatibus in capitulo Guesnensi con-
gregatis.

[Faint, mostly illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

[Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page.]